



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XIV. Concamiatura inter duos Abates.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

me potestatem habeas ad facien-
dum. Et si fuerit aut ego ipse, aut ul-
lus de meis heredibus, qui contra
hanc cautionem venire aut recla-
mare, &c.

XIV. CONCAMIATVRA IN-
ter duos Abates.

Placuit auxiliante Domino, at-
que conuenit, inter venerabi-
lem virum illum, Abatem de mona-
sterio illo, vel cōgregationem mo-
nasterij sui, necnon & magnificum
virum illum, de commutatione lo-
corum, quam inter se facere debe-
rent, quod ita & fecerūt. Per quam
accepit venerabilis vir ille Aba ad
opus monasterij sui in loco nuncu-
panre illo, qui est in pago illo, hoc
est in ipso loco illo mansus ad com-
mandum, casticiis superpositis,
terrīs arabilibus, vel quicquid in ip-
so loco ad præfens cernitur esse pos-

sessio , totum & ad integrum re in-
exquisita in commutatione , vel in
concamio . Simili modo vir magni-
ficus ille accepit ad opus suum alia
rem in loco nuncupante illo , qui
est in pago illo , hoc est quod supe-
rius diximus totum , & ad integrum
re inexquisita , in commutatione
vel in concamio ; Vnde duas episto-
las pariculas , vno tenore conscri-
ptas , manu eorum vel bonorum
hominum firmatas , inter se fieri , &
firmare rogauerunt , vt vnuſquisq;
post hunc diem quod à pari suo in
commutatione , vel in concamio
acepit , teneat atque possideat , vel
quicquid .

XV. CHARTA TRACTVRIA.

DOmnis , sanctis , & Apostoli-
cis ac venerabilibus in Chri-
sto patribus , Regibus , Comitibus ,
Episcopis , Abatibus , Sacerdotibus ,